



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 124. Urbis portæ ab Atrebatensibus ultro Regi apartæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV.

A.C 1477.

§. CXXIV.

*Urbis portæ ab Atrebatensibus
ultra Regi aperta.*

Atrebatensis urbis cives suorum clade plurimum turbati fuere, auxitque eorum terrorem inopinus Regis adventus, qui altera die cum exercitu suo urbem cinxit, magnamque illorum partem, quos antea proelio cœperat, laqueo suspendi, ac tormenta bellica adversus civitatem locari iussit. Postmodum Crevecurius seu Crepicordius Atrebatum accedere ausus, tanta dexteritate civium animos demulcebat, ut ipsi Gallis ultra urbis suæ portas aperirent. Rex quantocius civitatem numeroſo præſidio muniri, ac quosdam magis seditiosos suspendio castigari præcepit, civibus vero sexaginta aureorum millium mulctam indixit. Nihilominus eorum nonnulli eo pervicaciæ devenerunt, ut potius mortem oppetere voverint, quam exclamare: *Vivat Rex!* Hac eadem occasione Ludovicus XI. abrogato Atrebatum nomine urbem *Franchisiam* seu *Francicam* appellari voluit, unde hodie in quibusdam instrumentis publicis scriptum legitur: *Franchisia, alias Atrebatum.* Nec tamen id obtinere valuit; urbs enim apud omnes avitum suum nomen hodie sibi vindicat.

§. CXXV.

*Gaguin hist.
Franc. l. 10.*